



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntagma Ivris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm  
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

**Grégoire, Pierre**

**Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.**

**VD16 VD16 G 2999**

23 de Rescindenda venditione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

distinguit: si fundo vendito pars euincatur, si singula venierint certo pretio, tunc non pro bonitate, sed quantum singula venierint. quæ euicta fuerint prætidum: etiã ea quæ meliora fuerint. 7 euicta sunt, si fundo vendito, §. 3. de euictio. ¶ Tunc autem res euicta esse videtur, si ita amittatur, vt eã emtori habere non liceat, vt spes habendi sit abscessa, *l. p. in l. si seruus, 21. §. si melius, Paul. in l. euictus, 35. de euict. P.* Quod enim euincitur in bonis nostris non est, *in l. quod enim, 150. de reg. iur.* si quidem res aliena vendita sine consensu domini, per dominum emtori auferri potest, *l. rem alienam, 28. de contrah. emt. in P. l. si filio, §. 1. sol. matr. in P. l. si fundum tuum, 5. de reb. alien. non alien. l. 4. C. tit. 51.* nisi dominus postea ratam habuerit alienationem *l. venditioni, 4. de vsuca. pro emtor. lib. 7. C. tit. 26. l. exceptione, C. de euictio. l. iusto errore, 44. §. constat, de vsucap. lib. 41. P. tit. 3.* vel nisi res quæ aliena vendita est, perueniat in dominium venditoris, quo casu firmatur venditio, neq; potest eandem, tanquam alienam venditam ab emtore petere. Vnde nata regula, eum quem tener de euictione actio, agentem repellere exceptionem: quod is qui alienam rem vendidit, si adeptus rem fuerit, teneatur implere emtionem, *l. vendicantem, 17. §. l. sed et si, de euict. in P. 1. §. l. 2. de exceptione rei ven. lib. 21. P. tit. 3. l. si quis alienam, 47. de act. emt. l. apud Celsum, 4. §. si a Titio, de dol. mal. exceptio. lib. 44. P. tit. 4. l. cum vir, 42. de vsuca. 41. P. tit. 3. l. siue possessio, 14. C. de euictio.* Quam obrem hinc constat, venditorem euincere rem non posse: necessarium eius hereditate eo nomine, quod heres sit: proprio tamẽ nomine poterit: veram si obtineat nomine heredis, de euictione teneatur, *l. Scia fundos, 73. de euictio. P. d. l. sine possessio, de eod. l. 1. de exceptione rei ven. in P. l. venditri, 3. C. de reb. alien. non alien. lib. 4. C. tit. 51.* Idem fere dicendum in persona fideiussoris venditoris, qui nõ potest rem euincere: quia per fideiussorem de euictione se obligauit, *l. exceptione doli, 11. C. de euict. dolo* quippe facit, qui petit quod statim restitutus est, *l. dolo, de except. doli. P. c. l. fin. C. de euict. in herede tamen fideiussoris, quamuis de euictione possit teneri, tamen singulare est, vt possit suo nomine euincere. ¶ Auctorem ¶ leges eum dicunt, qui de euictione teneatur, l. de pericul. ¶ Commo rei vend. l. auctor, ¶ l. emtor, C. de euict. item & eam qui pro venditore fideiussor auctorem secundum, l. 2. de euictio. P. ¶ Petitio ¶ autem sit euictionis causa, secundum ea quæ præscripta sunt in venditione: vt si in simplum eius nomine in ea præmissum sit, pretium tantum restituitur, *l. euicta, 16. de euict. P.* Quod etsi dictum non sit, tamen ex natura emtionis præstat, *l. fin. venditione, 60. §. si q. eod. tit. P. l. lex emto, de actio. emt. P.* Pari modo agitur ad duplum, triplum, quadruplum, si ita conuentum sit, videlicet pretii conuenti, non bonitatis rei, *l. si fundo, 55. §. l. cum fundus, 48. l. vindicantem, 17. de euictio.* Si nihil stipulatione conuentum est, agitur ex emto ad id quod interest, quamuis de euictione nominatim nõ fuerit promissum, *l. non dubitatur, 6. §. l. si tibi liberam, C. de euictio. l. in vendendo, 66. de contrah. emt. P. l. euictio, 2. l. si dictum, l. si plus, de euictio. P.* Sic iudicatum olim referunt, Valerius Max. & Cicero, in causa venditionis ædium Claudi Centimali, quas in Caelio monte habes, vendiderat P. Calpurnio Lunario: cui tacuit se iustum ab auguribus eas demoliri: quare & Catone iudice damnatus emtori damnum præstare, Cicero 3. Officior. Valer. Max. lib. 3. c. 2.*

10 ¶ Sunt tamen casus, pro quibus non competit euictionis actio. 1. Si scienter quis alienam rem emerit, *l. si fundum, C. de euict. 2.* Si emtor ab eo qui rem reperit, in ius vocatus venditorem in initio litis non vocauerit: vt defenderet, qua ratione auctore non defendente, in defectum probationum, euicta sit res, *l. emtor, ¶ l. auctor, C. de euict. l. si rem, ¶ l. si fundo, §. fin. eod. tit. P. 3.* Si ob contumaciam emtoris res ei adimatur, *l. si deo, 55. de euict. P. 4.* Si venditor absente emtor condemnatus non appellauit, *l. Flouennius, 163. eo. tit. P. 5.* Si per imprudentiam & iniuriam iudicis, res euincatur, *l. si per imprudentiam, 51. eod. tit. 6.* Si sponte emtor cum euicente compromiserit, *l. si dictum, 56. §. si compromisso, eod. tit. & eo arbitrio re priuatus fuerit: diuertum tamen si coactus compromittat, Bartol. in d. §. si cum promisso, ¶ Bald. in l. 1. de peric. ¶ Commo rei vend. P. 7.* Si cum emtor potuisset rem vsucapere, non vsuceperit, *l. si dictum, §. si cum possit.* Nam qui alienam rem vendidit, desinit post longi temporis præscriptionem emtori teneri, *l. qui alienam, 54. de euictio. P. 8.* venditor vendens pignus, de euictione, eius nomine non teneatur: nisi aliter conuentum sit, *l. 1. §. 2. de creditore euictio pigno. non debere.* 9. Qui vendit hereditatem, non teneatur pro rebus singularibus: nisi aliud dictum sit, *l. 2. C. de euict. 10.* Placuit etiam, in ius vocatum euictionis nomine, quod Galli dicunt, *a prendre le garand,* nõ posse de euictione in alium agere, quin prius ipse euictionis defensionem in se suscepit, vt

decisum placito curiae supremae Lutetianæ 12. Ianuarii 1530. Io.annes Gallus, in questionibus decisis per arresta, quest. 3. l. 8. in vs. parte styli parliamenti Austriaci, secundum ordinem Molines. ¶ Lex ¶ Bo. iuatorum est, vt qualicumque sine voluntate domini vendiderit, ipsam rem reddat per legem, & consimilem aliam: & si illam rem inuenire non potest, alias duas res consimiles, in legibus Boiuarum, c. 20. de venditionibus, tit. 1. Qui vendiderit hominem liberum, si ille suam probat libertatem, venditor emtori reddat, eod. lib. ¶ cap. tit. 5. & similiter in aliena re vendita, eod. tit. c. 4.

De Rescindenda venditione.

Cap. 23.

Lib. 18. P. tit. 5. Lib. 4. C. tit. 44.

- 1 ¶ 2 Emtio aut nulla, aut rescindenda, & nulla qua.
- 2 Venditiones quæ, & quibus causis rescinduntur.
- 3 Volentibus, aut iniuris contrahentibus, eod.
- 3 Venditionis rescissio quid efficiat.

Emtio nulla est, ¶ aut rescindenda. Nulla ipso iure corrumpitur, nec eget rescissione, sed interdum exigit vt talis a iudice declaratur: tum propter perulaciam contrahentium, tum ob repetitionem traditorum. Si imaginaria venditio nulla est, *l. nulla, 55. de contrah. emt. P.* & quæ contra legem prohibitionem fit, *l. quem admodum, de agrico. ¶ consil. lib. 1. C. l. non dubium, C. de legib. vel si ei dolo venditoris causam dederit, l. & eleganter, de dol. in P. l. si dolo, C. de rescin. vend. vel errore fiat, l. nihil, 116. de reg. iur. si viciaria sit, cuius generis species declarauit Carolus 5. Cæsar in comitiis Augustæ Vindellicorum habitis 1548. cum merces pluris, quæ valeant, in contractu venditionis æstimentur, &c. in dictis comitiis, cap. 17.*

¶ Rescinduntur tamen venditiones quæ aliquo modo subsistere poterant: verum ab illis discedi, ratio maior quædam suadet. Et quia plures possunt occurrere cause iuste, plures etiam rescindendi erunt modi: quoruñ insigniores aliquos explanabimus, Deo volente. Et in summa, aut volentibus, interdum & iniuris contrahentibus ab emtione: id tamen regulari iure obtinet, vt ab ea non discedatur, altera partium inuita: quia non est huius contractui, sicut nec in ceteris nominatis, locus pænitentia, *l. 3. de rescinden. vendit. l. sicut, de actio. C. l. in commodato, §. sicut commodato, P.* Rescinditur itaque emtio vtriusq; contrahentium consensu solo existente reintegra, *l. 1. §. 2. quan. lice. ab emt. recede. C. l. 3. de rescin. vend. §. fin. qui. mo. toll. l. nihil tam naturale, de reg. iur. l. sed Celsus, §. fin. de contrah. emt.* Quod si non sit integra, pretio soluto, vel re tradita, cum consensu & res restituit, vel pretium debet, *l. 2. de rescinden. vendit. P. l. ab emtione, de pacti. P.* Fit & per acceptationem hæc rescissio, *l. fin. de acceptatio. P. l. cum emtor, de rescin. vend. P.* sed & pacto additionis in diem, *l. si debitor, de in diem addit. P.* & legis commissoriae, *l. sed Celsus, §. 1. de contrah. emt. P.* redhibitione pactitia: de quibus paulo ante diximus. Ceterum redhibitio pactitia nouam venditionem continere videtur, priore resoluta, vt etiam a rescissione simplici ex consensu facta, aliquo modo separari mereatur, in qua sine reuenditione resolutur consensu contractus, *l. in l. si quando liceat ab emtione, disce. l. ab emtione, de pacti. P.* Inuito altero rescinditur, ædilitia actione, de qua etiam iam tractatum: item & ob defectum legitimi pretii, redhibitione gentilitia, de quibus mox. De i cum auxilio: item si metu sit facta.

¶ Rescissio tamen restituit conuenientes seu contrahentes in pristinum ius, quod illis erat antequam contraherent, *l. cum autem, §. 1. de ed. edicto, l. si hominem, de vsuca. P. l. voluntate, §. 1. quib. mod. pign. vel hypoth. sol. & proinde res, & pretium restituntur, si datum fuerit, l. edictio, l. si aduer. ven. C.* etiam si minor velit improbare venditionem rerum suarum sine solemnitate factam, & pretium accepit, quod in sui vtilitatem sit conuersum: nam illud restituet, non aliter, *l. vire, 14. l. pradiorum 10. l. si pradium, 16. de pred. ¶ alia reb. minor. lib. 5. C. tit. 71. l. vni, de repura. lib. 2. C. tit. 48. l. quod minor, §. restituito, l. patri, §. si pecunia, ¶ l. si fundus, circumuento, ¶ l. emtor, §. 1. de minori. 25. ann. Restituuntur & pretii & rerum accessiones, *deco §. 1. cum autem, de ed. edict. P.* Sed & emtor qui rem restituit, repetit quanto plurimi res meliorationibus aucta est, *l. 1. §. 2. de alluio. l. intra visle, §. vendentibus de viuo. l. in fundo, de rei vendit. nisi illicite alienatione prohibita, facta fuisset venditio qua rescinditur, l. chirographis, §. 1. de administr. int.**